



Specimen historico-juridicum inaugurae de iis, quae recentiori aetate circa decimarum abrogationem acta sunt

<https://hdl.handle.net/1874/324472>

SPECIMEN HISTORICO-JURIDICUM INAUGURALE

DE

IIS, QUAE RECENTIORI AETATE CIRCA
DECIMARUM ABROGATIONEM
ACTA SUNT.

1. **ALLEGORIA IN VERSO**
2. **ALLEGORIA IN VERSO**
3. **ALLEGORIA IN VERSO**
4. **ALLEGORIA IN VERSO**

SPECIMEN HISTORICO-JURIDICUM INAUGURALE

DE

IIS, QUAE RECENTIORI AETATE CIRCA
DECIMARUM ABROGATIONEM
ACTA SUNT;

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI FRANCISCI SUERMAN

MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FREDERICUS LUDOVICUS RAMBONNET, LUD. HENR. FIL.

ZUTPHANIENSIS.

DIE I. M. JULII, A. MDCCXLVII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD P. W. VAN DE WEYER, TYPOGR.

MDCCXLVII.

THE GREAT HISTORICAL WORKS OF
THE ENGLISH CHURCH.
EDITED BY
THOMAS BERNARD.

BERNARDUS FRANCISCI SUPERIORIS

DE CONSTITUTIONE ET CUSTODIA
ARCHIVI S. PETRI IN LONDINIENSIS.

THE HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND
BY JAMES GIBBON, ESQ., M.A., F.R.S., &c.

THE HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND
BY JAMES GIBBON, ESQ., M.A., F.R.S., &c.

PATRI OPTIMO, CARISSIMO.

MAT-01100_GRASSI

P R A E F A T I O.

Quum, Academico stadio peracto, consilium cepisse specimen aliquod conscribendi, diu dubius haesi in quonam argumento vires meas periclitarer. Eandem difficultatem fere omnes expertos esse, qui Academica specimina conscripserunt, multae praefationes ostendunt. Nec mirum. Si enim, vel novi quid, vel juris locum accurate dispositum atque definitum et vitae civili, quam vocant adaptatum, expectet Lector, sane tales dotes plerunque a juvenilibus istis speciminibus abesse inveniet. Latus praeterea historiae campus, in quem si lubens spatieris, tamen fatearis necesse est, multa esse quae nisi assiduo labore, comparari vix queant. Cogitanti igitur mihi et, ut fit, in varia argumenta incidenti, in manus venit libellus cui titulus: Mededeelingen betreffende het voor-

malig Ambtman, Rigter- en Dijkgraafschap, ab Archivario Gelriae eruditissimo Is. AN. NIJHOFF conscriptus. Cogitaveram jam antea, de jure decimandi in Gelria nonnulla conscribere; firmavit autem hoc propositum libellus, quem modo memoravi. Eos enim errare arbitrabar, qui jus decimandi in Gelria ubivis iisdem principiis nisi putent; nam, pro varia potestate, quae Principes in ea regione competit, variis principiis regi hoc jus opinabar. Scilicet Comites vel Duces Gelriae alias regiones hujus Provinciae armis sibi subjecerant, acceperant alias donatione etc.; unde potestas eorum pro diverso acquirendo modo, diversa fuisse videtur. Egregie hoc discrimen exposuit Vir Doct. in libello citato, ratione munerum de quibus egit; idem autem discrimen obtinuisse ratione juris decimandi notavit p. 5. Arrisit valde hoc argumentum; mox autem percepiebam, nec viribus meis hanc materiam esse aquam et tempore praeterea me impediri quominus omnia indagarem, quibus ad talem dissertationem conscribendam opus foret. Etsi igitur hoc propositum dimittere coactus fuerim, lubens tamen oblatam hic mihi opportunitatem arripiro Viro Doct. NIJHOFF publice gratias dicendi pro benevolentia, qua mihi, varia ad hoc argumentum

pertinentia, documenta inspiciendi facultatem tribuit.

Plurimos tamen fontes de juris decimandi historia jam perlegeram; quocirca lubenter arripui consilium Praeceptoris Aestumatissimi VREEDE suudentis ut aliquod specimen conscriberem: de iis, quae recentiori aetate circa decimarum abrogationem acta sunt. Hunc tamen locum ab aliis jam occupatum inveniebam, (1) et nisi tempore, quod mihi ad specimen quoddam conscribendum supererat, impeditus essem, fortasse et hoc opus inceptum mississem. Idcirco ea colligere et tradere constitui, quae ab aliis omissa inveniebam in exponenda hujus juris historia, tam in Francia quam in patria nostra; addendus autem huic disquisitioni videbatur, modus, quo decimae ita tolli possint, ut tam juris dominii quam agriculturae ratio habeatur; in qua disputatione potissimum doctorum, qui hanc quaestionem accurate tractaverunt, sententias secutus sum et exponere studui. Exemplo autem usus sum Magni Ducatus Badensis, in quo lex perlata est de decimis abrogandis; tum

(1) *Exempli gr. H. B. NIEUWENHUIS, Specimen Academicum, animadversiones continens historicas, oeconomicas; super Decimis et Jure Decimandi.*

*principia quaedam generalia statuere studui, quae, in nova hac de re lege ferenda sequi posset legislator Batavus; qua in re ea potissimum spectavi, quae nuperrime in congressu qui Arnhemiae habitus est peracta sunt. In his autem si paullisper ab eorum virorum sententia recesserim, ne quis quae-
so, hoc juvenili petulantia factum esse arbitretur: etenim hoc potissimum spectavi ut dubitationibus meis allatis, res accuratius indagaretur.*

*Et hic praefationi huic finem inponere potuissem, nisi grati animi sententiam publice declarare deberem. Vobis enim V. V. C. C. quos in Acad. Rheno Traj. tam in Literis quam in Jurisprudentia praceptoribus habere mihi contigit, grati animi sententiam cum pro egregia institutione, tum prae-
sertim pro summa erga me benevolentia, decla-
rare mihi liceat.*

*Tuorum praesertim in me meritorum Clar. VREDE, Aestumatissime Promotor, nulla unquam me capiet oblivio. Tuam erga me benevolentiam non tantum expertus sum per omne hoc tempus quod huic specimini conscribendo impendi; at vero per omne tempus per quod Jurisprudentiae operam navavi, summam Tuam erga discipulos humanitatem cognoscere mihi licuit. Numquam mihi auxilium pe-
tenti defuisti; semper locuples Tua bibliotheca mihi*

*patuit; imo si quid boni huic meo specimini insit,
hoc Tibi me debere lubens agnosco. Accipias igitur
Vir Clar. grati animi testificationem: mihique et
studiis meis favere pergas!*

*Nec Tuum hic nomen reticere fas est Clar.
ACKERSDIJK qui, quoties Te adii, summa semper hu-
manitate consilia mihi praestitisti. Ex Tuis lectio-
nibus perceperam quantopere agriculturae noceat
decimandi jus; confirmarunt autem opinionem meam,
quae saepe de hoc argumento tecum communicasti;
Tibi ergo V. Cl. pro tua benevolentia erga me
summas ago gratias habeoque.*

*Nec vos praetermittendi hic estis Amici Sodales,
quibuscum inde ab initio academicci curriculi amicitiae
vinculo fui conjunctus. Auxerunt illud amicitiae vin-
culum, studia quibus in Academia hacce, operam na-
vavimus. Amicitiam coluimus sive una laeti in Convi-
vio aderamus, sive in Collegio Juridico cui symbo-
lum Themis, studiis et amicitiae sensibus studueri-
mus. Est sane triste vobis valedicendi officium: at
vero dulcis manebit, vobiscum peracti temporis me-
moria! Vivite vos felices, meique memores. Valeatis!*

... und so weiter. Aber man kann nicht sagen, dass es sich um einen einzigen, einzeln abweichen den Fall handelt, sondern es ist eine allgemeine Regel, die in der Praxis eingehalten wird. Es ist möglich, dass ein Landwirt seine Zehntheile auf dem Markt verkaufen will, aber er kann auch nicht ohne Grund davon absehen, sie zu verkaufen. Es ist möglich, dass ein Landwirt seine Zehntheile auf dem Markt verkaufen will, aber er kann auch nicht davon absehen, sie zu verkaufen.

Auch ohne Phantasiegemälde, mit dem kalten Verstande, kommt man durch einfache Gedankenverbindungen zu dem Schlusse, dass die Fortschritte der landwirtschaftlichen Kultur in dem Zehnten das grösste Hinderniss finden.

Man hielt den Zehnten zuerst für gerecht, aber hart, dann für unbillig und zuletzt für ungerecht. Bei dieser Ansicht glaubten viele Zehntpflichtigen ganz auf der rechtlichen Bahn zu seyn, wenn sie ihre Früchte in der Zeit einheimsten, die ihnen zur Ernte geeignet schien, wenn sie dem Zehntherrn so viel zurückliessen, als ihnen gefällig war.

Hatte aber das Gewissen der Zehntpflichtigen einen Leck bekommen, so war es Zeit für die Zehntherrn, ihre Rechte zu retten und dem Zehntablösungsgesetze ihre Zustimmung zu geben.

VOGELMANN. *Die Zehnt-Ablösung im Grossherzogthum Baden, ihr Fortgang und ihre Folgen.*

scilicet reges, cum alijs patribus, etc. quibus
ministrare debet natione. Ita ut etiam
huius operis, sicut alii operis, non continetur
in. Pro ministrare ministerio, non ad huiusmodi
placita est operis, in operis, excepto, etc. etc.
miserit. Hoc propter, quod in huiusmodi operis
aliqui, non ministrare, non ad huiusmodi operis
in quo INQUIRITUR, AN DECIMAE REVERA
SINT ABROGANDAE.

Est haec gravis, cum sub finem saeculi praecedentis, tum hoc ipso aevo de decimis tollendis, agitata quaestio. Et profecto in diversas partes abierunt viri docti. Alii (1) enim, historia ducti, originem decimarum earumque naturam in jure dominii quaesiverunt; alii eas tributis sive potius vectigalibus adscribunt. Alii (2) eas nisi utiles, attamen justas esse dixerunt; alii (3) contra in

(1) Conf. BIRNBAUM. Die rechtliche Natur der Zehnten. pag. 1 et 2.
DE GROOT. Inleiding tot de Hollandsche rechtsgeleerdheid. I. II.
pars 43. n. 2.

(2) Vid. De Tijdenoot. 29 Februarij, 1844 p. 129 et 21 Maart,
1844 p. 185.

(3) VAN HOGENDORP. Bijdragen tot de Huishouding van Staat.
Tom. III. p. 49. RAU. Grundsätze der Volkswirtschaftspflege.

omnia alia discedentes, nihil tam agriculturae damnosum, tam nihil nostrae aetati contrarium arbitrii sunt. Diversae inde de iis tollendis aut conservandis doctorum feruntur sententiae. Si autem ex principiis Oeconomiae Politicae res dijudicetur, nullus facile erit qui eas tueri velit. Etenim negari nequit, gravi eas agriculturae esse impedimento. Docent Oeconomici scriptores, agricolas qui decimas solvere debeant, non tantum pro pretio terrarum quas colunt, at vero etiam pro opere et labore quae impenderint ut agri magis foecundi fiant, decimas solvere (1). Quod ii cum injustum esse arbitrantur, tum magnum inde agricolis dampnum oriri statuunt (2).

Omnia haec tradere argumenta, quibus suam sententiam probare conati sunt hi scriptores, longum foret. Sufficiat igitur unum alterumve hac de re

Tom. II, p. 65. SIMONDE DE SISMONDI. Nouv. principes d'économie politique. Tom. II, p. 181—190. WTEWAALL. Bijdragen tot de Staatshuishoudkunde en Statistiek. Tom. I, p. 556. H. B. NIEUWENHUIS. Specimen Acad. laud. pag. 25 seq.

(1) Conf. van HOGENDORP. I. 1. De Tijdsgeoot. 29 Februarij 1844, p. 134. E. PH. VON SENSBURG. Die Abschaffung der Zehnten zum Vortheil der Zehentpflichtigen ohne Nachtheil der Zehentberechtigten. pag. 3.

(2) Mr. H. W. TYDEMAN. Grondbeginselen der Staatshuishoudkunde in gemeenzame gesprekken. pag. 254 et seqq.

attulisse scriptorem.⁽¹⁾ De damno agriculturae decimorum perceptione illato, questus jam est Arthur Young, cuius hoc a multis usurpatum est effatum:

» Van alle lasten welke men ooit verzonnen heeft, zijn de Tienden de nadeligste, eene ware brandschatting, welke het inkomen van den landman zoo sterk aangrijpen, dat hem alle moed benomen en iedere gedachte tot verbetering bij hem verdrongen wordt.” (1).

In eandem sententiam convenient libelli illi supplices (2) qui hac de re copiose egerunt, e. gr. *Rekwest en Memorie door landbouwers uit het eiland Zuid-Beveland aan zijne Majesteit aangeboden*; quod invenitur in collectaneis Ampl. B. W. A. E. SLOET TOT OLDBUIS, quibus titulus: *Tijdschrift voor Staat-huishoudkunde en Statistiek*, Tom. II, parte I; ubi optime explicatur cur decimae tantopere agriculturae noceant. Digna etiam sunt quae legantur illa, quae Cons. NIEUWENHUIS in specimine supra laud. adfert.

(1) Vid. *De Tijdgenoot*. 29 Febr. 1844, p. 153. VON SENSBURG. I. I. p. 5.

(2) Vid. *Kops. Magazijn van Vaderlandschen Landbouw*. Tom. III, Pars I, p. II, seq. Ibidem. Tom. IV, Pars I, p. 72, seq. Dagverhaal der handelingen van de Nationale Vergadering representeerende het volk van Nederland. 14 Junij 1797. pag. 155.

Idem docet von SENSBURG, qui de hoc argumento ita disputat: (1)

»Die allerwidrigsten Attribute des Zehentens von Felderzeugnissen aber sind:

1) dass solcher nicht nach dem reinen Ertrage, d. i. nach Abzug der Kulturkosten, wornach doch jedes Object bestimmt seyn sollte, sondern nach dem Rauertrag erhoben wird. Fruchtbare und leicht zu bearbeitende Districte liefern schon mit der Hälfte Arbeit und Ertragskapital so, dass die andre Hälfte als Grundrente des Gutsbesitzers angenommen werden kann; dagegen giebt es wieder andere, die sehr unfruchtbar sind, deren Anbau so grosze Mühe und Kosten erfordert, deren Producte in der Qualität so gering sind, dass zur Wiedererstattung des angelegten Kapitals mit dem gewöhnlichen Gewinnst vier Funftel der ganzen Erndte gehören, so dass nur $\frac{2}{10}$ als Grundrente für den Gutsbesitzer übrig bleiben.

2) Eine natürliche Folge dieser Ungleichheit ist, dass der Zehente höchst nachtheilig auf den Nationalwohlstand wirkt und gegen jede Verbesserung und

(1) Conf. et PALEO cuius verba inveniuntur in op. jam supra lant. sc. Mr. TYDEMAN. Grondbeginsele etc., pag. 253 et 254.

Vervollkommnung der Bodenkultur Widerwillen erregt, weil der Zehente immer und mit einem ganz unverhältnissmässig grösseren Gewinn miterndtet, ohne zu den Kosten, welche zur Kultivirung abgelegener Grundstücke, oder zur Erzielung einer edlern und gangbarern Fruchtgattung, oder zur Erzielung eines grössern Ertrags erforderlich sind, etwas beizutragen.

3) Doppelt fatal, in pecuniarisch und moralischer Hinsicht, sind die sowohl ihrer Zahl als ihrer inneren Verschiedenheit nach kaum zu berechnenden gerichtlichen und aussergerichtlichen Streitigkeiten, die theils aus der Art der Verzehentung, theils aus den auf dem Zehenten liegenden Lasten hervorgehen. Nur die Streiffälle, die in meinem Geschäftskreise vorkamen, die darüber gepflogenen Verhandlungen, und die Folgen dieser Verhandlungen würden ganze Folianten füllen."

Tertium hoc argumentum, quo utitur von Sensburg et in patria nostra non parvi momenti est habendum; quotidie enim de hoc jure in judiciis disputatur, et non solum Tribunalia nostra, sed et antiqui Juris Doctores in tot diversas abierunt partes ut Senatus Supremus non immerito dixerit: *dat*

sommige vragen onder de oude Regts-Doctoren controvers waren en gebleven zijn (1).

Ex his doctorum sententiis optime patet, eam esse communem omnium vocem, agriculturae praesertim decimas damnum inferre. Eorum autem auctoritatem citavimus, quum, ut verbo jam monuimus, sint etiam nunc qui de hac quaestione aliam apud nos foveant opinionem (2). Qui cum contendant, non tam grave hoc damnum esse ac vulgo dicitur, variis rationibus in hunc errorem inducti esse videntur. Ex his unam, eamque gravissimam afferre liceat. Scilicet, non satis distinguunt illi intersolaria (grondrenten), quae singulis annis eadem solvuntur, atque decimas, quae quotannis variare soleant.

At vero hi attendant, quaeso, ad eas Europae regiones, in quibus decimae vel omnino sublatae vel in solaria mutatae sunt. Languebat ibi agricultura, cuius languoris causam si quaeras, haud multum a veritate aberrabis, si decimas magnopere eo fecisse dixeris. Nunc autem sublatis decimis, aut in solaria commutatis, florere coepit agricultura; quod

(1) Teregtzitting van 31 Oct. 1844, Vid. Regtsgel. Bijblad. 1845, pag. 81. Cf. et ea, quae nuper Arnhemiac dixit Vir Grav. STAATS-EVERS.

(2) Vid. De Tijdgenoot, 1844, pag. 129 et 185.

Statisticae compilationes (1) egregie docent. Ita e. g. in Francia et Belgio-Meridionali decimae plane sunt sublatae, et magnum inde incrementum ibi cepit agricultura. Nec aliam viam in Germania secuti sunt legislatores. Etenim exemplum, quod dederat Borussia omnes fere aliae regiones secutae sunt, ut Hanovera, Magnus Ducatus Hassiae, Hassia Electoralis, Bavaria; nuperrime quoque Magnus Ducatus Badensis 25 annorum experientia edocuit de eadem re legem tulit (2). Audiamus von SENSBURG dicentem:

»Wenn je ein Wunsch sowohl zum Gedeihen der allgemeinen Staatsökonomie, als zur Beförderung der Feldkultur und zum Wohl der einzelnen Grund-eigenthümer, Aufmerksamkeit und theilnehmende Einwirkung verdient, so ist es der, dass der Zehente allgemein aufgehoben werden möge; nicht weil solcher aus dem Mosaismus auf uns übergegangen ist, sondern weil solcher gerade die Menschenklasse drückt, die um unser physisches Leben das grösste und mühsamste verdienst hat.“

Nec minus digna sunt quae perpendantur verba

(1) Conf. von SENSBURG, op. laud. pag. 37. VON ROTTECK, Staats-Lexicon. Tom. XV, p. 824.

(2) Vid. De Tijligenoot, 1844—5. p. 57.

R. W. DICKSONII (1) qui docet: »The effect which the abolition of tythes in Scotland has had in promoting agricultural improvements, also affords a strong and satisfactory proof of their operating powerfully against the advancement of husbandry; for it cannot be attributed to any other circumstance, that improvement have been carried on so much more extensively in that part of the island than in this." Quorum doctorum effata, si cum aliorum sententiis comparaverimus, inde facile concludere licebit, quaestionem hanc dignam esse quae accuratius examinetur, ne in patria nostra utilitas negligatur, quam ex decimis tollendis capere agricultura possit, atque lex feratur, qua de redimendis decimis certae regulae proponantur.

Exemplum jam dedit Augustissimus Rex qui Rescripto 4 Oct. 1844 (2) constituit, ut omnes decimae ad bona domania pertinentes, sibi restituta ex Art. 60 Tractat. 5 Nov. 1842, redimi possint; quo circa paucis praemissis de historia decimarum in patria nostra inde a magna rerum conversione, quae sub finem saeculi praecedentis in Francia obtinuit,

(1) On practical agriculture. In Introductione. Pag. 17.

(2) De Tijdsch. 1844. p. 688.

inquirendum nobis visum est de methodo qua
decimae tolli possint. Exemplo utemur imprimis
regionis Badensis, in qua in utramque partem hac
de re disputatum fuit; quae argumenta singulatim
exponere et dijudicare nobis proposuimus.

CAPUT SECUNDUM.

DE MUTATIONIBUS QUAS SUB FINEM SAECULI XVIII SUBIIT IN FRANCIA JUS DECIMANDI.

Exposita peritorum de damno per decimas agriculturae illato, sententia, nunc quae fuerit decimandi juris in patria nostra historia, ostendemus: quod ut rite agamus, res paullo altius repetenda est. Magna enim fuit, quae praecedenti saeculo exeunte in Francia facta est rerum publicarum conversio, nec minores mutationes subiit, quod cum jure publico ante conjunctum erat, jus civile. Jam vero, quae in Francia vigere coeperunt placita et instituta, ea in nostram quoque patriam inducta quodammodo sunt; quocirca, quum nobis quaestio tractanda sit quae magnas subiit mutationes, ante omnia inquirendum est, quaenam hujus mutationis vestigia in Francia occurrant.

Die 4. m. Aug. 1789 quum Nationalis Conventus (Assemblée nationale constituante) matutino tempore (1) decrevisset legem quae lex fundamentalis totius esset Regni (*Déclaration des droits de l'homme et du citoyen*), in conventu vespertino qui ad noctem duravit, nonnulli oratores primarii plebi sua jura reddere voluerunt. Ita paucae horae sufficiebant ad aedificii fundamenta evertenda, quod per plura saecula intactum manserat. Sublatum fuit omne institutum feudale, quippe hominum liberorum juribus repugnans; imo omne discrimen quod inter singulos homines esse credebatur, naturae contrarium et tollendum visum est, ita ut optimus quisque et nobilitate decorus haberetur. Magna quidem pollicitatio, quam temporum sequentium historia graviter fefellit.

Ex hoc autem jure feudali decimas originem duxisse plerique credebant; gravis sane error, nulla alia ratione vitandus, nisi accurata historiae indagatione, quae illius temporis non erat. Nam licet negari nequeat, plurimas decimas cum nexu feudali arcte fuisse conjunctas, ita jus ipsum de quo abo-

(1) Choix de Rapports, opinions et discours prononcés à la Tribune Nationale depuis 1789 jusqu'à ce jour. Tom. I. Pag. 69.

lendo una omnium erat consentiens vox, ad *jus dominii* referendum est. Stetit autem ita dominii juris honos, ut omnes decimas abolere, ne ipse conventus quidem ausus sit (1).

Art. VII. enim speciminis legis quod illo die a delegatis quibusdam (*Comité de Redaction*) conventui oblatum erat, ita dicebatur: »les dîmes en nature, ecclésiastiques, laïques et inféodées, pourront être converties en redevances pécuniaires, rachetables à la volonté des contribuables, selon la proportion qui sera réglée, soit de gré à gré, soit par la loi, sauf le remplacement à faire par les décimateurs s'il y a lieu.” (2).

Egregie hujus speciminis indolem atque mentem explicuit Abbas Sieyes (3) cujus verba, cum eloquentia se commendant, tum justitiae principiis innixa, lectu sunt dignissima (4).

(1) Conf. BIRNBAUM. Die rechtliche Natur der Zehnten. Pag. 4 seq.

(2) Cf. Choix de rapports, etc. Tom. I, p. 78.

(3) Choix de Rapports, etc. Pag. 77, seq. Tom. I.

(4) Choix de Rapports. Tom. I, pag. 84 et 82. « J'ose dénier que l'on réponde à ce raisonnement: la dime a été déclarée rachetable; donc elle a été reconnue par l'Assemblée elle-même pour ce qu'elle est, pour une possession légitime: elle a été déclarée rachetable; donc vous ne pouvez pas la déclarer non rachetable. Je n'ajoute plus qu'un mot: y a-t-il beaucoup de justice à déclarer que les dimes *inféodées*, qui sont de même nature et ont les mêmes origines,

Fefellit tamen spem eventus nec quidquam Abbatis verbis effectum est. Die enim 11 ejusdem mensis (1) conventus postquam multorum audirebat sententias, sententiam quam antea defenderat de Chasset, sed illo die a Talleyrand propugnatam recepit, et hoc decretum tulit: »Les dîmes de toute nature et les redevances, qui en tiennent lieu, sous quelque dénomination qu'elles soient connues et perçues, même par abonnement, possédées par les corps séculiers et réguliers, par les bénéficiers, les fabriques et tous gens de main-morte, même par l'ordre de Malte, et autres ordres religieux et militaires, même celles qui auraient été abandonnées à des laïques, en remplacement et pour option de portion congrues sont abolies,

quant aux autres dîmes de quelque nature qu'elles soient, elles seront rachetables de la manière qui sera réglée par l'assemblée” (2).

soit qu'elles se trouvent dans des mains laïques ou dans des mains ecclésiastiques, sont supprimées avec indemnité pour le laïc, et sans indemnité pour l'ecclésiastique?..... *Ils veulent être libres; ils ne savent pas être justes!*

(1) Ibid. Tom. I. p. 88. DUVERGIER. Collection complète des lois. Tom. I. p. 34.

(2) Conf. Loi des 25 et 28 Oct.—5 Nov. 1790 tit. 5; loi du

Facile ex hocce Art. apparent, unice eas decimas, quae ex jure feudali originem duxissent, et in possessione unius alteriusve corporis moralis essent, fuisse sublatas, non vero eas quas singuli laici vel titulo feudali, vel quovis alio titulo possiderent; nempe haec a debitoribus redimi poterant (1).

Die autem 20 m. Aprilis 1790 conventus novam legem condidit, quae inscribitur: *Décret concernant l'administration des biens déclarés à la disposition de la nation, l'abolition des dimes, excepté pour l'année 1790.*

Art. 3 hujus decreti ita se habet (2):

»Les dîmes de toute espèce, abolies par l'Article 5 du décret du 4 Août dernier et jours suivants comme aussi les dîmes inféodées appartenant aux laïques, à raison desquelles il sera accordé une

5—30 Mars 1791, du 7—10 Juin 1791; loi du 7—12 Juin 1791, loi et instruction du 30 Juillet—6 Août 1791.

(1) Non igitur assentimur Cons. Dijckmeester, dicenti in diss. laud. pag. 5. »Omnibus certe qui jurisprudentiae hodiernae operam dant, notum est Decimas in Gallia decretis dierum 4, 6, 7, 8 et 11 mensis Aug. Ann. 1789, sine ulla damni resarcitione abolitas esse." Hoc non ante d. 17 Julii 1793 locum habuisse, contendimus.

(2) DUVERGIER. Tom. I. p. 131. Choix de Rapports. Tom. II. p. 109 seq.

indemnité aux propriétaires sur le trésor public, ces-
seront toutes d'être perçues, à compter du 1 Janvier
1791;" cet. qua lege lata omnes quidem decimae ex
jure feudali ortae quas laïci possidebant sublatae
sunt, ita tamen ut iis ex aerario publico omne
damnum resarcendum esset (1).

Paucis diebus post, scil. d. 3 m. Maji modus
definitus est, quo jura haec a debitoribus rediniū
possent. Cujus decreti sententiam eo lubentius hic
referimus quum inde videre liceat, qui modus re-
dimendis decimis eo tempore fuerit praescriptus;
quo melius postea nobis appareat an hic modus
probandus sit, nec ne.

Art. 14 ita sonat: »A l'égard des redevances en grains
il sera formé une année commune de leur valeur
d'après le prix des grains de même nature, relevé
sur les registres du marché du lieu . . . Pour
former l'année commune, on prendra les quatorze an-
nées antérieures à l'époque du rachat, on retranchera
les deux plus fortes et les deux plus faibles: l'année
commune sera formée sur les dix années restantes" (2).

(1) Conf. Défense de CHARLES MARTEL etc. propre à résoudre la question suivante: «Comment peut-on distinguer les dimes laïcales abolies en France, d'avec elles qui ne le sont pas?» par J. J. RAEPSET.

(2) Conf. DUVERGIER. Tom. I. p. 163, *Décret général sur les principes, le mode et le taux du rachat des droits seigneurii-*

Die 3 m. Julii conventus alius decretum condidit de juribus toparcharum (1).

Superest jam ut referamus decretum 28 Octobr. quod tamen totum non citabimus. Inscriptum est: »*De l'indemnité de la dime inféodée;*» in eo autem differt a lege praecedenti, quod titulo exhibito probare debebant laici, eas decimas originem duxisse ex agris quondam concessis, qui tamen titulus quin ob vetustatem a paucis tantummodo proferri potuerit, non dubitamus.

Biennio post (2) demum omnes decimae abolitae sunt, quae directe e juribus toparchicis originem ducebant, iis tantum exceptis quarum titulus adhuc exstaret, e quo tempus disci posset, quo agri hi in feudum dati erant.

Denique d. 17 Julii 1793 omnis exceptio sublata est, ita ut hoc decreto omnes decimae in Francia cessasse videantur. Est saltem ultima lex ibi de decimis lata.

aux, déclarés rachetables par les art. 1 et 2 du tit. 5 de la loi du 15 Mars.

Art. 799. C. C. Bat. fere idem continet praeceptum, nisi quod in eo 15 annorum spatium requiratur.

(1) Conf. DUVIER. Tom. I. p. 230. *Décret relatif au rachat de divers droits féodaux sur lesquels il avait été réservé de statuer.*

(2) *Seil. 23 Aug. 1792.*

CAPUT TERTIUM.

JURIS DECIMANDI HISTORIAM RECENTIOREM
IN PATRIA NOSTRA CONTINENS.

Uti praecedenti capite juris decimandi historiam in Francia exponere studuimus, ita quid hac de re in patria nostra constitutum sit, paucis videamus.

Viguerunt hic usque ad annum 1795 Edicta CAROLI V. ann. 1520 et 1529 (1), quae magnam mutationem subierunt. Edictorum illorum hic nobis mentio facienda est, quo melius dijudicare possimus, quaenam fuerit legislatorum de hac juris parte mens

(1) Vid. VAN DER SCHELLING. Hollands Tiend-regt. Tom. II, p. 41. Plakaat van Keiz. KAREL V. aangaande de Tienden, 1520. Interpretatie van Keiz. KAREL V. van zijn Plakaat cet. pag. 75, nec non Nader Uitlegging van het Plakaat van Keiz. KAREL V. cet. p. 81. Groot Placaethoek II, I. p. 1584 et 1588. Legantur et quae de his placitis disput. VOSMAER, pag. 112. seqq.

atque sententia. Inde autem nobis patebit jam
dudum decimas graviter displicuisse; praesertim cum
illo jure Clerici abusi fuisse videantur, et decimas
plurium fructuum exegerint, etsi has percipiendi
nullum esset jus. Ipsa edicti verba hic afferre
liceat, quae quavis oratione melius Imperatoris
mentem declarant: »Al eyst zoo, dat van soo oude
tyden, dat geene memorie en es ter contrarie, die
Tienden die men heft op te landen, erven . . .
geregelt geordonneert zyn geweest, in elck landt
ende quartier, na de natuere ende qualiteyt van
dien, ende dat de voorseyde Geestelycke luyden
by onsen voorsaten, ende andere heure *fondateurs*,
boven dien versien, ende vergift zyn geweest met
veele schoone Leengoederen daar mede sy hen
moghen redelick, eerlick, ende suffisantelick daer
op onderhouden, *ende behooren wel daer mede te
vreden te zyne, gelyck heure Voorsaten gedaen
hebben van ouden tyden:* ende en es hen van
geenen noode, noch geoorloft op te stellen, noch
exigeren andere nieuwe exactien, tot laste van ons,
ende van onse vasallen, ende ondersaten: Dezen niet
jeghenstaende, de Cappellanen, Prochiepen, Pas-
toirs, Provisoires, ende andere gheestelycke personen,
niet te vreden zynde mettet gunt dat hen ghegonnen

en geordonneert is geweest ter zaecke van de voor-schreven Thienden . . . *mainctinerende, dat men hen schuldich soude wesen Thienden te moeten geven,* van alle maniere van goede, wassende, spruytende, ende nemende voetsel van der aarde: . . . *soo est,* dat wy dezen aangesien, willende remedieren, versien, ende doen cesseren sulcke onredelycke abusen, ende onbehoorlyck voornemen . . . ende nae dat wy des wel, en deuchdelicke geinformeert zijn geweest . . . ordonneren ende statueren by forme van openbare, ende eewyge constitutie ende edicte by desen onsen brieve, dat van nu voortaen geene geestelyke luyden, **hetzy** Bisshoppen, Abten, Prelaten, Proosten, Deeckens, Provisoirs, Canonicken, Cappellanen, Prochie-papen, heure Viceregenten noch andere . . . noch ook egeen weerlycke personen . . . en sullen moghen nemen, heffen ende exigeren enige nieuwe Tienden . . . dan zij, ende heure voorders *over veertich jaeren*, ende daer te vooren ghewooneliche hebben geweest te heffen, ende gebruycken, maer hen te vreden houden mette ordinarise Thienden, ende rechten, bij hen gehadt ende ontfanghen, ende daer aff *zij* deuchdelycken gheuseert ende ghe-bruyckt hebben voor de voorschreven tyt van *veer-*

tich jaeren" cet. (1). Haec edicti verba ideo quoque retulimus quia de praescriptione 40 annorum (2), quam memorat Imperator, exstat sententia Curiae Hollandiae d. 13 Mart. 1603. (3).

Hac autem sententia declaravit judex, non sufficere si probet decimator se hoc jure usum fuisse quadraginta annos ante annum 1603 ut praescriptione se tueatur, verum opus esse ut per spatium quadraginta annorum ante diem 1 Oct. 1520 quo

(1) Ex hoc plaito optime probatur CAROL. V. Clericos non metuisse. Hoc loco pauca exempla referre nobis lubet quire BAEPSART, in op. laud. tradit de modis quibus Clerici utebantur ut decimae iis solverentur in dies plures.

P. 11. »L'on sait qu'ils lui racontent débonnairement que S. EUCHER a vu CHARLES MARTEL dans le fond de l'enfer, et qu'il y était condamné par le jugement de ces saints, dont il avait envahi les biens.»

»L'on coportait en 788, une lettre écrite par JESUS CHRIST, qui ordonnait le paiement des dimes sous de fortes menaces: Charlemagne, supérieur à son siècle, la condamna comme fausse: y a-t-on pour cela, moins ajouté foi? non; car l'abbé EINHARD en offrit une à LOUIS LE DÉBONNAIRE, écrite par l'Archange GABRIEL.»

Vid. et pag. 38. »Ne laici decimam cum animarum suarum periculo detinentes, in alios latcos, aliquo modo, possint transferre. Si quis vero receptorit et ecclesiae non reddiderit, christianā sepulturā privetur.»

(2) Conf. de praescriptione, JOANNIS SCHRASSERT, Tractatus de Jure Decimandi Gelrieo et v. d. SCHEILING op. laud. pag. 421. seq. Tom. I.

(3) Vid. Dagverhaal der handelingen van de Nation. Vergadering, 14 Junij 1797. pag. 153 et 154. V. d. SCHEILING. Tom. I. p. 436. ZUREK. Cod. Bat. Voce Tienden. § 5 N°. 4.

anno sc. Edictum CAROLI prodiit, illud jus exercuerit:
 »dat hy (Decimator) gelyk regt van Tiendens vóór
 het Placaat van den jaare 1520 den tyd van 40
 jaaren uitdrukkelyk had gepraescribeerd.” Quodsi
 haec sententia, utpote res judicata, pro veritate
 habenda sit, procul dubio, eo tempore nonnullae
 decimae jam cessarunt. Quidquid est, res ita
 duravit usque ad annum 1795 quo multi oneri
 decimas solvendi se subtrahere cupiebant, quippe
 quod repugnare existimaretur jurium aequalitati.
 Decretum igitur d. 17 Julii latum est: (1) »Dat
 provisioneel, en tot zoolang door de aanstaande
 Nationale Vergadering nadere voorziening omtrænt
 het Tiendrecht, zal zijn gedaan, het heffen en
 opbrengen der tienden zal moeten blijven voort-
 gaan op den ouden voet.” Monere operae pretium
 est, illos Legumlatores agnovisse differentiam inter
 jura Decimatoris nec non illius qui decimas solvere
 debeat.

Decimator jure dominii gaudet, quia hoc jus
 acquisivit emptionis vel alio quovis titulo legitimo,
 alter vero exceptione decimas solariis adsimilandas

(1) vid. DE MARTINL. Nederl. Wetgeving bijlagen pag. 144. Jaar-
 boeken der Batavafsche Republiek, 7^e deel pag. 1.

esse se defendere nequit, quia cum terras suas emeret, in pretio ratio habita fuit decimarum quartam onere premebantur. In Conventu Nationali 27 Maji 1797 (1) a delegatis DE RHOER, VAN HORBAG et QUEYSEN sententia (rapport) fuit proposita de decimis redimendis, in qua eadem occurrunt principia, quae in Francia viguisse supra jam observavimus.

»Uieder Gecommitteerdens," ut pauca eorum verba afferamus, »zullen zig wyders alleenlyk bepaalen by den tegenwoordigen toestand der Tienden, en de nadeelen, welke denzelven, of aan den Tiendgever, of aan het Algemeen veroorzaken; en dan valt het oog in de eerste plaats op de sustenu, welke dikwils gevoerd wordt, dat namentlijk, die geen, welke weigert, Tienden te geven, verpligt is om aan te toonen, dat hij daartoe ongehouden is: (2) . . .

Uit deeze sustenue dan, en althans onwedersprekkelijk uit deze practijk volgt, dat ten dezen opzigte, de tienden van erger natuur zyn en minder bestaanbaar met de vrijheid, dan het leenregt: immers, ten aanzien van Leen is allen eigendom vry waarop de Leenheer zyn regt niet bewyst."

(1) Conf. Dagverhaal 14 Jun. N°. 565 et 64, pag. 152. seqq.

(2) Vid. SCHRASSERT op. laud. pag. 41. seqq.

Postquam pluribus argumentis probare conati sunt,
 eos qui decimas solvere debeant deteriori jure uti
 quam vasallos, sic pergunt: »Gesteld, dat er nog
 't een of ander ter verdediging van de bevorens-
 genoemde Tienden te zeggen ware, van deze *soort*
 (Byen en Ganze Tienden en alle zoorten van Tiend-
 regt op Beestgeboorte) althans kan dit geene plaats
 hebben: immers dit regt kan nooit berusten op een
 ondersteld voorheen aangegaan wettig Contract, op
 een zeker afgestaan genot, waar voor deze Tienden
 ter schadeloosstelling zouden zyn uitbedongen” cet.
 »daar deze belasting niet is ghecht of steund op, of
 aan het genot van den grond; maar enkel op den
 persoon waar tegen in de meeste gevallen de Tiend-
 gever niets kan ondersteld worden van den Tiend-
 heffer te genieten: men kan dog Veulens, Kalve-
 ren, Lammeren, Varkens, Ganzen teelen en voeden
 op eigene of gehuurd Tiendvry land, ja, zonder
 eenig land daar toe te gebruiken; en wat dog kan
 een Tiendheffer verondersteld worden, ooit of ooit
 gegeven te hebben, of te geven, waar voor de By-
 entiend het wettig beding zoude zyn?” (1)

(1) Conf. Dagverhaal en extra-dagverhaal van Woensdag 14 Junij
 1797, pag. 152-144.

Operae pretium est haec verba paullo accē-
ratius examinare; quae si vera sunt, tum de nos-
tra sententia lex ferenda videtur, qua hae decimae
penitus tollantur. Ita quoque Delegati illi distin-
gui volebant decimas, de quarum abrogatione
certo pretio constituto esset conveniendum, et illas
quae usurpatione introductas censebantur, veluti
decimae animalium, quaeque statim cessare debere
iis videbantur. (1) Etenim, si decimae originem e
jure dominii ducunt, jus decimandi fundamentum
habet in ipso fundo, cuius pars censebatur et cum
solo cohacreat, necesse est. Sic in Delegatorum re-
latione (Rapport) docetur, decimas illas de quibus
ibi sermo est, non ex contractu nasci potuisse quo
decimator jus acquisiverit perpetuum. Talis enim
contractus, ut illi animadverterunt, vix cogitari po-
test. Quamquam digna est quae integra legatur Dele-
gatorum relatio, nobis in ea exponenda non diutius

(1) »Art. I. Alle Tienden van Leend-vec, bekend onder de naam
van Krytende of Bloed-Tienden, Byen-, en GanzenTienden, of onder
welke anderen naam die ook zouden mogen plaats hebben zyn met
het aannemen der Constitutie vernietigd.

Art. II. Alle andere Tienden, groote of grove, *Smal tienden*,
Novale en Turf Tienden of onder wat benaming, welke op eene
wettigen Titel geheven worden of verpligt zyn, zullen afkoopbaar
zyn, ter keuze van den Tiendschuldigen." Vid. Dagverh. p. 455.

versari licet; sed memoranda est illa sententiae horum virorum pars, quae de damno per decimas agriculturae illato porro agit. Quatuor argumentis (1) suam sententiam confirmare studuerunt, quae singulatim exponere lubet.

Et primum quidem animadvertisunt eum qui decimas solvere debeant, tempore messis nisi per omnem diem at saltem per magnam diei partem cogi ad decimatorem certiorem faciendum.

Is qui decimas solvere tenetur, prudenter secum reputare debet, num non fortasse, si ex iis terris quae antea silvae vel prata erant, nunc fruges quarum decimas solvet proveniant, decimis solvendis omni lucro destituatur.

Nec semper penes eum est quomodo terris utatur: e. gr. si gravis morbus pecudes invaserit et abstulerit, ita ut rebus et factis cogatur his illis ve fructibus colendis operam facere.

Quartum his addunt argumentum ad impugnandas decimas animalium (bloed- of krijtende); sc. quum simul ac nata sunt, haec decimatoris esse habeantur, is qui decimas solvit cogitur suis impenisis, suoque periculo et illa quae decimatori ali-

(1) Vid. Dagverh. l. 1. p. 455.

quando cedent, ac propemodum ipsius decimatoris jam esse videntur, nutrire: quin imo si reliqua novem moriantur, nihilominus jus suum decimator vindicabit.

In diversas partes multi hac de re in conventu d. 27 Maji 1797 (1) abierunt, et tandem decretum est ut in novo Constitutionis specimine sequentes Art. proponerentur: (2)

»Art. 809. Alle Tienden, hetzy groote of groove, hetzy smaltienden, of Novale en Turftienden, Krytende- of Bloedtienden, Byen- of Ganzentienden, of onder welken anderen naam die ook zouden mogen bekend zyn, welke op eenen wettigen Titul geheven worden zyn afkoopbaar, de Tiendschuldige zulks verkiezende.

Art. 810. Deze afkoop geschiedt door byzondere personen, en door een gantsch District, Dorp of Karspel gesamenlyk op dezelfde wyze.

Art. 811. Geene nieuwe of novale Tienden mogen worden ingevoerd op woeste of nieuwanga-

(1) Vid. Extra-Dagverhaal, 14 Junij 1797, pag. 137 et seqq.

(2) Dagverhaal der haddelingen van de Nat. Vergadering. Donderdag den 27 Julij 1797 p. 554. Ontwerp van Constitutie voor het Bataafse volk, door de Nationale Vergadering ter Goed- of Afkeuring aan hetzelvige volk voorgedragen. Quod et separatis typis est descriptum.

wonnen landen, welke voordaan ter bebouwing zullen worden uitgegeven."

Hance autem Imperii legem populum Batavum haud recepisse, omnibus notum est. (1) Quocirca mirabitur fortasse quispiam, nos in ea explicanda tantam operam posuisse. Attendant quaeso, ideo illa, quae tunc gesta sunt, a nobis relata esse quo melius inde pateat quantopere eo tempore decimae jam displicuerint, quippe agriculturae damnosae. Simul autem docemur quomodo legislatores hac lege rogandā et decimas tollere et decimorum dominos indemnes servare voluerint; hoc unum autem addere liceat, primariam causam cur haec lex displicuerit nec recepta sit, hanc fuisse quod obsoletis institutis nimium indulgere, novaque respuere et omni ope avertere videretur.

Cum autem illud Constitutionis Specimen a populo esset improbatum, sequenti anno sc. d. 23 Mart. 1798, (2) ille senatus qui *Constitueerende Vergadering* dicitur, alteram proposuit constitutionem quae d. 23 m. April. perlata est.

(1) GROEN VAN PRINSTERER. *Handboek der Geschiedenis van het Vaderland.* § 892, p. 1129.

(2) Vid. Proclamatie van 25 Maart 1798 et Ontwerp van Staats-regeling voor het Bataafse Volk door de Constitueerende Vergadering ter Goedkeuring of Afkeuring aan hetzelve Volk voorgedragen.

Art. 25, (1) eandem quam priores leges agnoscit distinctionem. Omnes scilicet decimae quae ex jure feudali originem ducere habebantur, hac lege tolluntur sine ulla damni resarcitione; de reliquis autem decimis, quae vel jure dominii nitebantur vel ex contractu civili originem trahebant, ita cautum est, ut intra 18 menses post hanc legem perlatam, altera hac de re lex ferretur in qua modus definiretur, quo tales decimae redimi possent.

Nec eventu caruit haec res. Etenim jam die 8. m. Maji 1798 nonnulli electi sunt qui hanc rem accuratius indagarent, et de ea referrent, quae sententia revera die 4 Junii collegarunt nomine a

(1) Vid. Ontwerp van Staatsregeling Art. 25. »Alle Tiend-, Chijns, of Thijns-, Nakoops-, Afstervings-, en Naastings-Regten, van welken aard, midsgaders alle andere Regten of Verplichtingen, hoe ook genoemd, uit het Leenstelsel óf Leenrecht afkomstig, en die hunnen oorsprong niet hebben uit een wederzijdsch vrijwillig en wettig verdrag, worden, met alle de gevolgen van dien, als strijdig met der Burgeren gelijkheid en vrijheid, voor altijd vervallen verklaard.

Het Vertegenwoordigend Lichaam zal, binnen *achtien* maanden, na deszelfs eerste zitting, bepalen den voet en de wijze van afkoop van alle zoodanige regten en renten, welke als vruchten van wesenlijken eigendom kunnen beschouwd worden. Geene aanspraak op pecunieele vergoeding, uit de vernietiging van gemelde Regten voortvloeiende, zal gelden, dan welke binnen *zes* maanden na de aanneming der Staatsregeling, zal zijn ingeleverd.”

eive RANT publice recitata est (1). Operae igitur pretium est, hanc sententiam breviter tradere.

Initio facto a damno, quod ex decimis agriculturae infertur, in quo exponendo, ut hoc obiter moneamus plane in sententiam eunt Delegati, quam supra p. 22 attulimus; ab hoc igitur damno initio facto mox regulas quasdam proponunt, quas in decimis redimendis sequi oportet. Earum autem hic mentionem facimus, non quod omnes has regulas probandas censemus, sed ideo potissimum, quia inter eas una alterave occurrit, quae nobis majoris pretii esse videtur. Quod hoc loco obiter animadvertisse sufficiat: uberior forsitan infra erit declarandum, quum de jure constituendo nobis agendum erit.

Ante omnia hoc iis placebat ut inter decimatores, et eos qui decimas solvere debent, conveniat de modo eas redimendi: sive hoc fiat aucta fundi conducti mercede, sive quocunque alio modo; quod si inter eos non conveniat, uterque duos arbitros nominare debebat, qui hanc rem regerent, qui si de redemptionis pretio certum quid statuere non posseant, tum

(1) Conf. Dagverhaal der handelingen van het Vertegenwoordigend Lichaam des Bataafschens Volks. N°. 56. Zitting van Maandag den 4 Junij 1798, p. 286. et seq.

demum res iis ad judicem deferenda videbatur.
Judex autem examinata quam scriptis mandassent
arbitri, sententia, de plano rem dijudicare debebat.

Ut autem premium quo decimas redimere oporteret
definitum esset, eadem lege constitutum est, ut a
judice computaretur quinam redditus per 18 annos
retro computatos ex agris percepti essent (1).

Hi igitur legis Articuli, postquam magna animorum
contentione de iis recipiendis fuerat disputatum,
recepti sunt die 7 Junii et promulgati a collegio
eui nomen: *Uitvoerend bewind*.

Discimus autem ex diario cui nomen: Dagverhaal
der handelingen van het Intermediair Wetgevend
Lichaam, diebus 14 et 15 Junii acriter fuisse actum
de eo, (2) utrum haec lex, quae a Collegio d.
Uitvoerend bewind 12 Junii cum populo fuerat

(1) Non plane inutile nobis videtur speciminis a delegatis oblati
Art. 11 h. l. citare, sic se habentem: »Dat ter schadeloosstelling
van zodanige Rechten of Renten, welke als vruchten van wezen-
lijken Eigendom kunnen beschouwd worden, aan hun, die daar toe
gerechtigde aanspraak hebben, en van welche de afkoop zal moeten
geschieden bij dezen wordt gegeeven legaal Hypotheek
op die Gronden, Landen, Goederen, op op van welke Rechten of
Renten thans geheven worden.” cet. Conf. Dagverhaal l. l. pag. 288.

(2) Conf. Dagverhaal der handel. van het Intermediair Wetgevend
Lichaam des Bataafschen Volks. №. 46 en 47. pag. 561 seqq.

communicata, Quinque Viris illis et Coetu Legifero pulsis, vim legis habere censeri deberet, nec ne. Cum in plane diversas partes singuli abirent, tandem electi sunt nonnulli, qui hanc rem accuratius explorarent. (1) Alienum tamen est a proposito hujus libelli haec plenius indagare; monuisse sufficiat, legem illam fuisse rescissam quippe cuius condendae Coetui illi Legifero nulla fuisset potestas (2).

Quamquam Decretum 11 Aug. 1804 quod inscribitur: *Publicatie van het Staats-Bewind der Bataatsche Republiek ter weering van de plaats hebbende misbruiken bij het verpachten van Thienden, en de, door de Fransche, aan deze Republiek geerde Landen*, non plane cum nostro arguento cohaereat, quia in eo de decimis tollendis aut conservandis nihil est statutum, tamen illud silentio praetermittere non volumus. Jam ex inscriptione, quae capiti est imposta facile videbis de quibus agat. Eo tempore cum in novae ditionis Batavae regionibus decimarum elocatione multi abusi fuisse

(1) Vid. Dagverh. etc. I. I. pag. 363.

(2) Conf. Mr. J. VAN DE POLL. Verzameling van Vaderlandsche Wetten en Besluiten. pag. 94. Mr. J. D. VAN KETWICH VERSCHUUR, Iets over de wetgeving betrekkelijk de oude Tienden; quod inven. in Tijdschrift voor Staathuishoudkunde. Tom. II. Pars IV. p. 479.

videantur, qui initis pactis et collusione in grave civitatis damnum parvo pretio has decimas conducebant, XII virorum collegio cui nomen Staats-Bewind, necesse visum est huic malo mederi et poenas satis graves constituere (1).

Prima quae ordine sequitur de argumento nostro constitutio, est Decretum Imperatoris 18 Octobris 1810; nam in Codice legum, qui sub Ludovico in patria viguit, nihil de decimis tollendis invenitur, quippe qui antiquum jus intactum servaverit. (2)

Has autem leges, quae recentiori tempore de decimis latae sunt ideo fusius exponere, necesse non habuimus, quandoquidem earum Catalogus extet in dissertatione Cons. J. DIJCKMEESTER in academia

(1) Art. 4, hujus legis sic se habet: »Alle en een iegelijk, die bevonden zal worden aan de overtreding van het hiervoren bepaalde, schuldig te zijn, zal, voor de eerste reis, verbeuren eene Boete van *twee honderd Guldens*, één derde ten behoeve van den Lande, één derde ten behoeve van den Drossard, die de Calange zal doen en het overige derde part ten behoeve van den Aanbrenner, terwijl diegene, welke voor de tweedemaal aan die overtreding schuldig bevonden wordt, boven verbeurte der gezegde Boete van 200 Gulden, zonder oogluiking of conniventie, met eene Geesseling zal werden gestraft." Vid. van de Poll. pag. 263.

(2) Vid. Wetboek Napoleon, ingerigt voor het Koningrijk Holland. Art. 525—528.

Lugduno-Batava defensa 1831; eas igitur obiter citasse sufficiat.

Decreto autem modo laudato 8 Octobr. 1810 (1), postquam patria nostra imperio Franciae ut provincia erat adjecta, Napoleon statuit ut decimae in statu quo erant manerent, nec non ut de redemptione decimarum ulterius caveretur; quod actum est die 22 Januar. 1813, (2) quo decreto decimae solariis in eo aequiparantur, ut secundum praecepta Articuli 530. Cod. Nap. redimi possent.

Hujus autem edicti, cum quaedam de modo redemptionis contineat, unum alterumque locum adscribamus. »Art. 7. Les dimes de toute nature, encore existant dans les pays réunis à notre empire, dues sur les grains, fruits, volailles et bestiaux, quelle que soit leur origine, sont rachetables à perpétuité, et le rachat en est imprescriptible.

Art. 8. Tout propriétaire de dîme peut en pro-

(1) Art. 218 hujus decreti ita se habet: »Les Dimes et rentes foncières continueront à être perçues en Hollande conformément aux lois existantes."

(2) Conf. FOARUIN. Verzameling van wetten, besluiten, etc. Tom. III, pag. 539. *Décret impérial concernant la nature actuelle, le mode de conservation, le rachat et l'évaluation des Dimes dans ceux des départements réunis où ce genre de redevance existe encore.* Bull. N°. 470.

voquer dès à présent l'évaluation et la conversion en une redevance en argent, en faisant déterminer contradictoirement et en forme authentique le capital représentatif de la valeur de la redevance.

Art. 9. Néanmoins ce capital ne sera remboursable qu'à la volonté du redevable.

Art. 10. Ce capital, déterminé ainsi qu'il est dit aux articles 15 et 16 *ci-après*, portera intérêt à cinq pour cent, sauf la déduction du cinquième pour les contributions.

Art. 15. Les experts estimeront le produit annuel de la dîme, évaluant la quantité et le prix des grains, pailles, denrées ou animaux, qui la redevance peut produire, année commune, en prenant les trente dernières années, déduisant les deux plus fortes et les deux plus faibles, et en supposant que les terres sont cultivées sans travail ni dépenses extraordinaires; mais selon la coutume du pays, avec les alternats et assolements d'usage.

Art. 16. Le capital représentatif de la valeur de la redevance sera établi sur le pied de vingt-cinq fois le produit déterminé ainsi qu'il est dit en l'article précédent; le tout sans déroger aux évaluations qui seraient faites par les titres de propriété."

Vidimus omnes decimas, cujuscunque naturae fuerint atque originis, redimi potuisse. Quando decimator et is qui decimas solvere debet, de pretio non convenire possunt, eundum est ad judicem inferiorem (juge de paix). Si autem hic litigantes non conciliare potest, ipse pretium constituet. In pretio definiendo judex attendere debet ad peritorum dictum; qui periti (experts) ab utraque parte nominandi sunt. In sententia ferenda rationem habere debent, reditus ex decimis percepti, in quibus computandis ut normam sequi debent reditus, qui per 30 annos percepti sint. In computatione facienda detrahant duos annos per quos plurimi, atqne alteros duos per quos minimi, percepti sint fructus. Hanc autem summam vicies quinques sumant, et inde pretium solvendum definiant.

Hoc decretum abrogatum est, alio decreto Principis Guilielmi I. d. 22. m. Octobris 1814, (1) qui eodem decreto promisit, legislatores Belgicos in nova lege ferenda praecipue ad locum de jure decimandi animadversuros esse. Obiter hic monere lubet, aliquid momenti habere sententiam eorum qui

(1) Staatsblad N°. 405.

statuant posse debitorem insinuare decimatori, se
jus decimandi redimere velle secundum regulas, quae
in Decr. 22 Jan. 1813 sunt praescriptae; quia du-
bitant nonnulli jureconsulti an decretum hoc jure
sit abrogatum. (1)

Cum de Codicis 1820 Articulo 1372 copiose ege-
rit Cons. DYCKMEESTER l. l. unice monemus, ea
lege fuisse constitutum ut decimae semper redimi
possent, etiam si contrarium pactum esset adjectum.

(1) Conf. FORTUYN. Tom. III. pag. 558. »Het Decreet van 22
Jan. 1815, inquit, werd ingetrokken bij een besluit van 22 Oct. 1814.
Dat besluit intusschen is uitgevaardigd wel vóór de aanvaarding
der Koninklijke waardigheid en de invoering der tegenwoordige
Grondwet, doch niettemin onder de volle werking der Grondwet
van 1814. Het regelt de wederkeerige betrekkingen en verplichtingen
tusschen den Tiendheffer en den Tiendpligtige, het bevat
verordeningen over Eigendomsregten het heeft verkregene en be-
staande regten op. En zoo iets, zijn zeker dergelijke betrekkingen en
beschikkingen *de meo et tuo* een onderwerp, dat alleen door de Wet-
gevende Magt kan worden geregeld. Volgens deze beschouwing is
het besluit van 22 Oct. 1814 ongrondwettig en *onverbindend*.» cet.

Vid. Diarium, cui nomen: Algemeen Handelsblad. 21 Junij 1847.
quandam epistolam a Clar. TYDEMAN conscriptam memorans, in qua
occurunt verba haec: »Ik heb dat adres niet medegeteekend
niet uit eenige voorliefde voor het Tiendrecht; maar omdat
ik oordeel, dat men van den Wetgever niet moet verzoeken, wat
men als mrecht *kan eischen*, en door den Regter verkrijgen.» cet.
Contrarium autem sententiam amplectitur Curia Brabantiae, cuius
judicium hic afferre logum foret. Vid. Weekblad van het Regt.
21 Junij 1847.

Lex autem modo agebat de iis decimis quae in posterum constituerentur: non vero spectabat decimas quae in patria jam exstabant; hae consensu contrahentium, redimi poterant.

In specimine Codicis 1830, nomina *Decimae* vel *jus Decimandi* non occurunt. Sed in titulo octavo libri secundi, quaedam statuta sunt de solariis quae in certa aut quotaparte fructuum consistunt.

Codicem tandem qui hoc tempore viget de decimis, quae antea jam exstabant nihil constituisse non est quod moneamus; (1) cum omnibus notum sit in hac lege tantum agi de decimis quae post hunc codicem introductum constitutae sint; speramus autem fore ut mox legislator noster legem condat de redimendis decimis, cuius rei spem nobis fecerunt Ordines Generales, cum de jure decimarum in Codicem recipiendo deliberarent. (2)

(1) Vid. C. C. Bat. Art. 784—802.

(2) Conf. VOORDUIN. *Geschiedenis en Beginselen der Nederl. Wetboeken*. Tom. II, pag. 555.

CAPUT QUARTUM.

§. I.

DE DECIMIS IN REGIONE BADENSI ABROGATIS.

Omnia, quae a nobis hucusque sunt tractata ad ipsam hujus juris historiam pertinent, et igitur tantummodo juris constituti, quod vocant, mentio facta est: ad aliam disputationis partem jam transeamus, in qua nobis proposuimus indicare, quid de jure constituendo in hac re dicendum sit.

Antequam vero ad eam partem accedamus, in ipso quaestionis limine de mutationibus, quas nuperrime in Magno Ducatu Badensi jus decimandi subiit, praefari operae pretium esse duximus; quia, ut supra verbo monuimus, propositum nobis est lege, quae de hoc argumento anno 1833 in illo Ducatu lata est, in gravissima nostra quaestione

decidenda exemplo atque fonte uti, e quo tute haurire possimus. (1)

Quaestionem vero quam nunc aggredimur, inter difficillimas esse numerandam, et saepius monuimus, et docuit historia, quam obiter Franciae et Belgii nostri allatis variis legibus, tetigimus. Docet autem idem historia juris decimandi in Ducatu Badensi. (2) Scilicet per multos adeo annos graviter fuit disputatum, an non methodus excogitari posset, qua decimae nullius jure laeso, tollerentur; tandem postquam in diversas partes ordines discesserant, lex die 15 Nov. 1833 lata fuit, in qua certae regulae constitutae sunt. (3)

Haec lex in duas partes dividitur, quarum prior regulas quasdam generales continet, altera vero titulos qui de variis argumentis agunt complectitur (4). Duae praecipuae regulae, quae in hacce

(1) Conf. Die Zehnt-Ablösung im Grossherzogthum Baden ihr Fortgang und ihre Folgen. Nebst dem Zehntgesetz und allen Vollzugsverordnungen und Instructionen. VON VOGELMANN, Ministerialrath.

(2) Conf. VOGELMANN. in op. laud. pag. 10. seqq.

(3) Conf. Ibidem. pag. 122. seqq. Gesetz über die Ablösung des Zehntens vom Jahre 1833, mit Hinweisung auf die bezüglichen Stellen der Protokolle der I. und II. Kammer.

(4) Erster Abschnitt. Allgemeine Bestimmungen. Zweiter Abschitt. Spezielle Bestimmungen.

legis parte proponuntur hae sunt: Omnes decimae redimi possunt, (1) quae redemptio ita fieri debet, ut ii qui decimas solvere tenentur, ab hoc onere liberari possint solvendo vices quod quotannis solvere soleant, deductis antea impensis, tam culturae quam vectigalium aliorumque. (2)

Multa sane continet prior pars, quae memorare operae pretium esse non duximus; etenim spectant eas decimas, quae Ecclesiis solvendae sunt; (3) hae autem in patria aut nullae sunt, aut admodum raro occurunt. (4)

Quo facilius haec redemptio fiat, ipsa civitas quintam partem pretii solvendi in se suscepit, (5) reliquam ipsi debitores solvere debent, qui si non habeant unde solvant, nummos e peculiari quodam aerario mutuo obtinere possunt. Aerario huic nomen

(1) Vid. § 4. »Aller Zehnten von Land und forstwirtschaftlichen Erzeugnissen kann abgelöst werden.“

(2) Vid. § 2. »Die Ablösung erfolgt durch Darlegung des zwanzigfachen Betrags, der Mittlern, nach Abzug von Verwaltungskosten.“ cet.

(3) Vid. Der Zehntgesetz. §§ 5, 6, 7, 8 et 9.

(4) Conff. et ea, quae nuper hac de re Arnhemiae ab illis Viris Delegatis, quibus mandatum erat negotium referendi de optima decimaru[m] abrogandarum ratione, sunt dicta.

(5) Vid. Der Zehntgesetz § 12. »Zur Beförderung der Zehntablösung übernimmt die Staatskasse ein Fünftel des Ablösungskapitals . . . Die Amortisationskasse leistet die Zahlung.“

ab ipsa re deductum datum est; dicitur sc. *Zehnts-
schuldentilgungskasse* (1); de eo infra videbimus.

Transeamus nunc ad alteram hujus legis partem. Primus titulus agit, de iis qui redimendi jus habent (2). Ii, qui decimas solvere debent, primo loco hoc jure gaudent. Ne tamen in grave damnum decimatoris, qui plures forsan habeat terras, non nullae decimae redimantur, aliae non, lex constituit ut omnes hae decimae, quae ex una eademque regione (District) percipiuntur, simul ab iis, qui decimas solvere debent, redimantur (3).

Haecce redemptio dupli modo fieri potest; nimirum libera contrahentium voluntate, si inter decimatorem et eos, qui decimas solvere debent, de pretio convenerit ante d. 1 Jan. a. 1838; si de pretio convenire non potuerint ante hoc tempus a lege definitum, lex debtoribus usque ad d. 1 Jan. 1842 concedit facultatem, ut aliis modis praescripta hac redemptione utantur. Hoc vero tempore praeterlapso, ipsi decimatores redemptionem exigere possunt (4).

(1) Vid. Ibid. Fünfter Titel *Von der Zehnts-
schuldentilgungskasse* §§ 78, 79, 80, 81 et 82.

(2) Titulus hic inscribitur: *Von der Befugnisse zur Ablösung.*

(3) Vid. § 22.

(4) Videantur. §§ 24—26. »Geschiet dies nicht bis zum 1. Januari 1842, so kann auch der Zehntberechtigte die Ablösung fordern.“

In titulo sequenti nonnullae regulae inveniuntur de modo quo redemptionis pretium definiri debeat (1). In computatione autem annorum distinguit lex inter decimas, quae ex vino solvuntur et reliquas. In iis scilicet computatur redditus 14 annorum ab annis 1819—1832, in his vero 13 annorum 1818—1832 (2). In utroque casu inquirendum est, quam sumam quotannis solvere debuerint, quo facto hanc vices sumant et ita redemptionis pretium definit (3).

Titulus tertius (4) agit de aestimatione onerum, quae sustinere debent decimatores, deque extincione illorum; quae, quum ad peculiarem hujus regionis conditionem pertineant a nostra plane alienam, memoranda non videbantur.

Titulus quartus (5) docet, quid iis agendum sit

(1) Lingua Germanica: *Von der Bestimmung des Ablösungskapitals.*

(2) Vid. § 27.

(3) Vid. § 56.

(4) Inscriptur: *Vom Anschlag privatrechtlicher, auf dem Zehnten haftender Lasten und von künftiger Bestreitung dieser Lasten.*

(5) Inscript. est. Vom Verfahren bei der Zehntablösung. Hie titulus rursus in sex partes distribuitur quarum prima inscriptur: *Vorbereitungen zur Zehntablösung.* 2^a. *Ablösung mittelst gütlichen Uebereinkommens.* 3^a. *Ablösung mittelst gerichtlichen Verfahrens.* 4^a. *Schlussverfahren bei der Zehntablösung.* 5^a. *Vom Verfahren, wenn über Zehnrecht und Zehnlasten Streit obwaltet.* 6^a. *Von den Rechtsverhältnissen Dritter in Bezug auf den abzulösenden Zehnten.*

qui decimas extinguere cupiant. Quoties decima pars unius alteriusve communitatis decimas redimere cupit, is qui illi praeest, cives convocare debet ut hac de re certi quid statuatur; si in eo major pars convenerit decimas esse tollendas, collegio municipali haec res mandatur, et agere illud debet pro omnibus (1). Si autem hac de re non convenire potuerint cives, decima pars eorum qui ibi decimas solvere debent, nonnullos viros eligere possunt, quibus, uti antea collegio hacc res mandatur; si autem et hi de redemptionis pretio certi quid statuere nequeant, neque rem arbitrari componendam mandare velint, Tribunal in causa dijudicanda utitur in prima instantia unius artis periti a rerum internarum administratore designati judicio; quodsi pro curia, ad quam appellatio fuerit interjecta, ad minimum duo periti constituendi sunt (2).

Quum vero semel redemptionis pretium est definitum, illi quibus decimae solvendae erant convocantur

(1) Vid. §§ 48 et 49.

(2) Vid. § 69. Um die Gerichte bei Vornahme des Ablösungsgeschäfts zu unterstützen und ihnen über die vorkommenden wirtschaftlichen Punkte die etwa nötige Belehrung zu verschaffen, soll für jeden Amtsbezirk ein Sachverständiger aufgestellt werden."

Vid. §§ 50, 51, 52 et 58.

ut statuant, quibus modis decimas a debitoribus redimi velint (1).

Titulus quintus denique agit de aerario, cui nomen *Zehntschriftentilgungskasse* imposuerunt. Operae pretium est ad hanc rem rite attendere, nam tale aerarium fortasse et in nostra patria habere possemus, ex quo illis, qui propter inopiam rei familiaris decimas redimere nequeant, pretium mutuo dari queat (2). Ex hoc autem aerario omnibus, qui decimas redimere volunt vel debent, nummi conceduntur, hos autem nummos sensim aerario restituere tenentur, cum quatuor centesimis (3).

Paucis diebus post sc. 14 Martii 1834 sécutum est Edictum Ducis, quo etiam hac de re quaedam pracepta continentur. Hacc tamen hic referre operae pretium non videatur, quia unice Edictum agit de decimis ecclesiasticis (4).

Non tamen ab hoc loco et instituto nostro alienum putavimus libellum afferre, quo describitur

(1) Vid. § 71.

(2) Videantur quae de hoc aerario in ultima hujus capituli paragraphe disputavimus.

(3) Vid. § 81.

(4) Conf. VOGELMANN, etc. pag. 157 seqq. Vollzugsverordnungen zu dem Zehntablösungsgesetze.

forma secundum quam ii, qui ex aerario cui nomen:
Zehntschildentilgungs kasse, nummos mutuo accipere
velint, illud beneficium obtinere possint.

»Formular der Schuldkunden über Darlehen der
Zehntschildentilgungskasse.

Nachdem die Gemeinde N. . . . die Ablösung des auf ihrer Gemarkung haftenden, der Stiftungsverwaltung zu M. gehörigen Zehnten nach der unter Ziffer 1 abschriftlich anliegenden Ablösungsurkunde vom . . . zu Stande gebracht und zur Tilgung des Ablösungskapitals ein Darlehen von der Zehntschildentilgungskasse begehrte hat; nachdem ferner von dieser die unterzeichnete Obereinnehmerei zur Abschliessung des Darlehenvertrags und zur Verabfolgung des Darlehens beauftragt worden, so hat man zum Vollzuge dieses Auftrages sowohl die zum Empfange des Ablösungskapitals Berechtigten, als auch die Geschäftsführer der Zehntpflichtigen, beziehungsweise der Gemeinde, auf heute in das Obereinnehmereibureau eingeladen. Demgemäß sind: . . . erschienen, und es ist sofort in Gegenwart dieser Personen und des Obereinnehmers die nachfolgende Verhandlung gepflogen worden

1) Die Zehntschildentilgungskasse übernimmt es,

das Zehntablösungs kapital, . . . zur gleichbal-
gen Zahlung an die Empfangsberechtigten darzu-
leihen, unter der Bedingung jedoch, dass diese alle,
ihnen in Folge der Zehntablösung und namentlich
nach § 16 des Ablösungsgezetzes zustehende Rechte
an die Zehnts chuldentilgungskasfe abtreten;

2) Die Empfangsberechtigten erklären sich unter
dieser Bedingung zur Annahme der Zahlung be-
reit und die Geschäftsführer der Gemeinde erklären
sich Namens letzterer damit einverstanden, dass Dar-
lehen hiernach geleistet und die den Beziehern des
Ablösungskapitals zustehenden Rechte auf die Zehnt-
schuldentilgungskasse übertragen werden;

3) Demgemäß treten die Empfangsberechtigten
ihre eben gedachten Rechte an die Zehnts chuldentil-
gungskasse ab und erhalten urkundlich ihrer eigen-
händigen Unterschrift an Zalung:

4) Die Gemeinde N. macht sich verbindlich:

a) Das auf diese Weise von der Zehnts chuldentil-
gungskasse bezogene Darlehen von . . gulden
zu . . Procent jährlich von heute an zu verzinsen
und allmälig wieder abzuzahlen, zu diesem Be-
hufe.

b) Von jetzt an bis zur volständigen Tilgung der

schuld auf dem 1 Februar jährlich an Zinsen und Kapital wenigstens . . . zu bezahlen,

Nachdem hiernach die Darlehensbedingungen verabredet, auch das Darlehen geleistet worden, hat man die Verhandlung geschlossen” cet.

§ II.

QUAEDAM DE OPTIMA DECIMARUM ABROGAN- DARUM RATIONE.

Cum supra quaestionem agitabamus, utrum decimae tollendae essent nec ne, sententiam emisimus, eas agriculturae nocere; atque unumquemque, cui agricultura cordi sit, earum abrogationem optare.

Pauci tamen, ut verbo in eodem capite monimus, inveniuntur qui de hac re contrariam foveant sententiam, vel non bene distinguendo solaria inter et decimas, vel quia omnes, qui ab eorum sententia discedant, quasi insanire arbitrentur. Attendant vero hi, quaeso, ad ea capita in quibus conatus sumus hujus juris historiam breviter exponere; quo facto, ni fallor, facile persuasum iis erit non solum nostris temporibus sed et jam antea graviter has decimas displicuisse. E capite secundo

videbunt, quantopere jam sub finem saeculi praecedentis haec quaestio sit agitata, et quamquam non negabimus iis temporibus plures in errorem esse ductos, putantes scilicet, hoc jus cum nexu feudali arcte cohaerere, alii tamen, iisque bene multi non tali argumento ducebantur; at decimas tollendas putabant, utpote agriculturae perquam noxias. Etenim si illa aetate omnis quaestio cum jure feudali cohaerere visa fuisset, quid quaeso non, uti toparcharum jura, decimae statim sine ulla damni resarcitione sunt abolitae? (1)

Audiamus hac de re iterum Abbatem Sieyes, qui celebri illa nocte 4 Aug. 1789 haecce verba pronunciat: »Quoi qu'il en soit, il suit que la dîme ne doit pas être comparée à un impôt, ou une taxe mise sur les terres tels que les vingtièmes, par exemple, mais à une véritable redevance mise sur ses biens par le propriétaire lui-même. L'impôt n'est consenti que pour un temps; il est révocable à la volonté des représentans de la nation; au lieu que la dîme a été cédée à perpétuité par ceux mêmes qui pouvaient s'en dessaisir: par conséquent elle ne doit pas être supprimée au

(1) Conff. quae disputavimus, pag. 11 et seqq.

profit des propriétaires actuels, qui d'ailleurs savent très bien qu'ils n'ont jamais acheté la dîme, et qu'elle ne saurait leur appartenir: *néanmoins la dîme étant, à juste raison, placée dans la classe des propriétés, légitimes à la vérité, mais nuisibles à la chose publique, il faut l'éteindre comme on éteint ces sortes de propriétés, c'est-à-dire en offrant une indemnité.*" (1) Ex iis, quae capite tertio diximus ni fallor luculenter patebit, non solum hodie jus decimandi nostratibus displicuisse sed et antea; breviter tantum, delegatorum relationes et sententias (Rapporten), exposuimus, omnes tamen docent agriculturam ex decimarum perceptione grave damnum accipere. Quibus argumentis, satis ut videtur, eorum opinio refellitur, qui quaestionem de decimis tollendis unice explicari posse contendant ex indole nostrae aetatis nova omnia molientis.

Sed imprimis hoc loco monere debemus, non hoc nobis esse propositum, jus dominii ullo modo labe-factare; (2) contra concedimus, decimas a pleris-

(1) Choin de Rapports. Tom. I. pag. 79.

(2) Lubenter verba Nobil. von SENSBURG nostra facimus, dicentes pag. 3 op. laud.: »Philosophische Indifferentisten, die über alle Hecken und Stauden hinaus galoppiren, persifliren und rasonniren, überspannte Motionsmacher in ständischen Versammlungen,

que justo titulo acquisitas esse et possideri, et profecto injustum esset quando his, quod justo titulo possident, sine ulla damni resarcitione adi-
meretur. Si vero publica utilitas hoc exiget et id
sine damno, fortasse cum decimatorum lucro, fieri
poterit, cur quae^so, adeo invehetur in illos qui
decimas tollere cupiant, quia stricto jure nemini
dominium suum contra voluntatem adimi possit?
Quum igitur probaverimus hoc sine ullo damno
decimatorum fieri posse, quidni lex ferretur qua
ii decimatorum, qui ob peculiarem causam decimas
servare velint, in utilitatem publicam earum abro-
gationem ferre cogantur, dummodo damnum inde
oriundum, aestimatione facta, resarciatur?

Animadvertere hoc loco debemus quaestionem
quam tractamus non esse *juris civilis*, sed *juris
publici*; et ubi jus civile nos docet: »Eigendom is

irreligiöse Parteigänger die nur Freicorps zur störenden Willkür suchen, sind freilich über alle Bedenklichkeiten erhaben; sie wollen den Zehnten abgeschafft haben, weil er aus dem Mosaismus stammt und weil solcher im Frankreich, ohne ein Surrogat für die Zehntberechtigten, und ohne dass man sich lange mit Gründen für und wider abgegeben hat, weggeschafft worden ist.

Man sagt sonst: *exempla trahunt*; hier muss man aber mit der ganzen Macht des positiven Rechts und des positiv christlichen Glaubens sagen: *exempla terrent!*

het regt om van eene zaak het vrij genot te hebben en daarover op de volstrektste wijze te beschikken," (1) eodem Articulo legimus »alles behoudens de onteigening ten algemeenen nutte tegen behoorlijke schadeloosstelling ingevolge de Grondwet." Quoties itaque jus civile inter atque jus publicum pugna est, illud cedat necesse est.

Art. 162. legis fundamentalis ita se habet: »Ieder ingezeten wordt gehandhaafd bij het vreedzaam bezit en genot zijner eigendommen. Niemand kan van eenig gedeelte derzelvē worden ontzet, dan ten algemeenen nutte, in de gevallen en op de wijze bij de wet te bepalen, en tegen behoorlijke schadeloostelling." In lege 29 Maji 1841, (2) quae de dominio in utilitatem publicam adimendo egit, ille legis funda-

(1) Vid. Art. 623 Cod. Civ. Nost.

(2) Vid. Staatsblad 1841, №. 19. Legantur et quae inventur, pag. 106 op. cui titulus: Nederland's Staatsgebreken en derzelver Geneesmiddelen, anno 1797 typis mandati: »Alle Heerlyke Rechten, Tienden, Leenpligtigheid, het geheele Leenrecht eindelyk moet ten bodem geslagen en verbanneu worden. — Maar ik heb my by wettigen koop of anderen titul het regt van Tiendheffing en dergeleyke aangeworven: Mag nu eene opperste Macht bestellen over dezen mynen byzonderen eigendom? Het antwoord is bekend, ja, maar mids zulks voor het algemeen belang onvermydelyk noodzakelyk zy, en mids men my volkommen schadeloos stelle; wat bovendien is geweld en dwingelandy."

mentalis articulus adhibitus est. Quum vero ad quatuor casus, in lege laudata expressos, decimorum abrogatio referri nequat, legem esse ferendam du-cimus, in qua regulae exhibeantur secundum quas decimae redimi possint. Nam, uti supra monui-mus, quum de Edicto d. 22 m. Octobr. 1814 age-remus, unice potestati legislatoriae competit decer-nere de rebus, quae *de meo et tuo* agunt. Quis autem legislatori tale jus deneget? Nemo profecto negabit magnam ex agricultura civitati oriri utili-tatem, nam ubi agricultura quam maxime floret, ibi etiam civitatem florere nullus infitias ibit. Si igitur constat, decimas valde nocere agriculturae, sane inde magnum detrimentum toti civitati nasci videtur. (1)

(1) Vid. Over de aflossbaarheid van het Tiendrecht, eene Voorlezing door Mr. VAN HALL. »Het beginsel der onteigening, zoodra het algemeen belang zulks vordert, mits tegen voldoende schadevergoeding: een behinsel, van het begrip einer Burgermaatschappij onafscheidelijk is in onze grondwet opgenomen. Inderdaad, uit dit oogpunt be-schouwd, is er geene onteigening die minder zwarigheid oplevert. Een *preium affectionis*, bij het moeten missen van het ouderlijk huis, van eene geliefde plek gronds, zoo wezenlijk en zoo belangrijk is bij het bezit van Tiendrecht ter naauwernood denkbaar. Het éénige waaromtrent zich deze bij de Wet uit te spreken, onteigening van elke andere onderscheidt is dit, dat er eens vooral wordt erkend, dat de Staat in het algemeen bij de afschaffing van het Tiendrecht belang heeft" cet.

Inquiramus vero quomodo negotium componi possit sine damno tam decimatorum, quam eorum qui decimas solvere debent.

Videamus primo loco de decimatoribus. De omnibus fructibus qui percipiuntur, decimas solvendas non esse, non est quod moneamus. Igitur qui decimas solvere tenentur, agros suos ab hoc onere liberare sponte sua possunt, quoties decimas dare nolint; magnum inde damnum decimatoribus oritur. Recte von SENSBURG docet, pecuniam certam accipere, praferendum esse spei incertae decimas percipiendi, quia ut ille ait, »dass baare Geld keiner kostspieligen Administration bedarf, weil kein Hagel darein schlägt und man der hundertfältigen Interpellationen, Provocationen und Renovationen nicht mehr bedarf.“ (1)

Hisce argumentis et aliud addendum, sc. quum hoc jus debitoribus odio sit, omni ope eos conari obligationi suaे se substrahere. Unde vera nobis videntur verba, quae uti epigraphen huic libello imposuimus: »Hatte aber das Gewissen der Zenhtplichtigen einen Leck bekommen, so war es Zeit für die Zehntherrn, ihre Rechte zu retten und dem Zehtablösungsgesetze ihre Zustimmung zu geben.“

(1) Conf. von SENSBURG. op. laud. pag. 50.

De iis qui decimas solvere debent nihil dicemus, nam et ex iis quae supra narravimus et ex multis libellis supplicibus sane efficere licebit, illos vehementer hancce abolitionem optare.

In conventu qui nuper Arnhemiae est habitus (1) a nonnullis delegatis rursus de optima decimatarum tollendarum ratione sententia edita est. In elegantis formae libello eandem fere opinionem hi viri emiserunt quam et alii de quibus locuti sumus. (2) In argumentatione sua ita procedunt, ut primo loco exponant decimas quod ad principia esse iniquas, tum eas valde nocere agriculturae, denique bonis moribus eas repugnare; (3) quapropter et hi viri arbitrii sunt eas esse abrogandas et libellum supplicem ad Augustissimum Regem mittendum esse, quod et factum. (4) Ab his delegatis et quoddam specimen legis confectum est, quod tamen in eo conventu non est recitatum, sed cuius inspiciendi opportunitas mihi oblata fuit. Proponunt hi viri, decimatarum in solaria commutationem, quae solaria

(1) Sc. die 4 et 5 Junii.

(2) Conff. quae pag. 14 et 15 refulium.

(3) Lingua vernacula: in beginsel *onbillijk*, in de toepassing *nadeslig*, in de gevolgen *onzedelijk*.

(4) Vid. Politieke Bijdragen N°. 7. 12 Junij 1847.

secundum Art. 798. Cod. Civ. nostri redimi possunt, quae commutatio tam a decimatoribus quam a debitoribus exigi possit (1). Omnes terras in tres classes dividi volunt, (2) quia nec acquum nec justum sit omnes terras, e quibus decimae percipientur, eadem ratione haberi, quoniam in computatione, quae nam solaria danda essent, nullum discrimen foret inter agros fertiles et terras steriles. Quo magis jus decimandi nonnullarum terrarum cultum impedit, eo minorem decimator spem habet fore ut lucrum ex hoc suo jure habeat; quapropter eo minoris hoc jus ab eo aestimabitur. Computationem ejus quod quotannis solvendum sit, eodem modo fere definitam volunt quo et alii delegati, de quibus pag. 15 locuti sumus.

Illas autem decimas quae agrorum mutata cultura percipientur, uti et illae quae proprie novalia dicuntur, ob easdem causas propter quas secundum nostri Codicis Art. 799, decimas quae post an. 1838 con-

(1) Hujus speciminis legis Art. 2, quod et in lege Badensi occurrit, sane probandum nobis videtur, quia naturae juris contrarium est, uni concedere, quod altero negatur.

2) Prima classis continebit: de bouwlanden, weilanden en boomgaarden, secunda: weilanden en boomgaarden, quae ad principalem classem referri nequeant; tertia tandem classis, de woeste gronden, broeklanden, uiterwaarden, etc. complectitur.

stituerentur semper in solaria commutandi jus fore legislatores sanxerunt, delegati Arnhemienses in solaria commutandi facultatem tribuendam esse arbitrati sunt.

Paragrapho praecedenti vidimus, quibus modis decimorum abrogatio in regione Badensi locum habuerit, et de nostra sententia paucis casibus exceptis, haec lex et in nostra patria exemplo esse poterit. Etenim illa decimorum in solaria commutatio, quam nuper nostrates Arnhemiae proposuerunt duas ob causas nobis minus probanda videtur. (1) Nam quamquam causa justa sit quam ob rem haec solaria solvenda forent, quod hodie unusquisque agnoscat, fieri poterit ut 50 annis post in omnium memoria non amplius adsit eadem rei et legitimae originis notitia. Tum fortasse contra haecce solaria pugnabitur, non minus acriter quam hodie contra decimas, quamvis principiis quibus nova illa solaria nitantur plane differant.

Deinde tributa et vectigalia quae jam exstant, quaeque sane magno cum labore et aegre ab agricultoris solvuntur, ita novis oneribus augebuntur, licet forsitan alius modus inveniri possit qui hoc vitio careat.

(1) Vid. von SENSBURG. I. I. III. Abschnit. Bedenken gegen eine jährliche Rente. pag. 8. seqq.

Aliud argumentum, quod huic decimarum in solaria commutationi obstare videtur, hoc est: ille qui jure decimandi gaudet nihil acquirit, quando agri non coluntur; sed si semel hoc jus in solaria est mutatum, quotannis definitos nummos a debitorum exiget; jam autem ita creditoris melior fiet conditio, dum debitor, qui ob unam alteramve causam agros colere non potuit, solvere debebit, licet, messe excepta, nihil habeat. Possit decimatori dari jus hypothecae in hos agros. Bene, sed quid si tres vel quatuor creditores ipsi praferendi sint? (1)

Quid si, quod in Ducatu Badensi factum est, certum pretium definiatur, quo hae decimae redimi possint?

In illa regione decimae, uti jam monuimus, arcta cum Ecclesia conjunctae erant, quae causa fuisse videtur, cur civitas quintam pretii partem in se suscepit; quod sane in nostra patria non facile locum haberet, neque necesse est ut fiat.

Animadvertere hoc loco liceat in iis regionibus, in quibus Ecclesia decimas habet, majoribus difficultatibus premi decimarum abrogationem. (2)

(1) „Es könnte seyn, dass bei einem Gründstucke eine ausdrückliche Hypothek, und vier stillschweigende Hypotheken zu sammen laufen; man könnte wahrlich nicht bloss eine Verordnung, sondern ein eignes Compendium über die Praferenz und über die subsidiärischen Verbindlichkeiten schreiben.“ Vid. von SENSBURG. p. 44.

(2) Idem Viri Delegati Arnheimenses monuerunt.

Exemplo sit Anglia. Anno 1618 celeber Jureconsultus SELDENUS decimorum historiam erudite scripsit, unde in cleri odium et magnas controversias incidit. (1)

Contra in Scotia, quae Ecclesiae utitur regimine magis populari, jam sub CAROLO I in redditum certum mutatae sunt.

In favorem mercaturaे tantummodo, quaedam in Anglia sunt constituta. Novissime lex ibi fuit lata: *An act for the commutation of tithes in England and Wales*, qua decimae in certam pecuniac summam sunt conversae; cuius legis hoc est propositum: ut decimorum sublatio quae jam antea locum habuerat conventione vel praescriptione, magis generalis fieret. Haecce autem commutatio non sola consistit in redditu pecuniario, sed fundi parti cedenda a decimis liberantur debitores, quod Arthur Young jam proposuerat.

Sed est aliud ibi institutum quod non sine fructu

(1) B. G. STRUVIUS. *Bibliotheca juris selecta*, pag. 613: *Hist. Decimarum* edidit a. 1618. doctissimus Anglus JOANNES SELDENUS. Londini 1680, 4. Terciam. Cujus Praefatione magna libertate scripta, ita irritavit Clerum Anglicanum, ut non solum acres opponeret libellos, sed etiam, coram supremo Commissionum judicio, ad revocandos errores, libello complexos, quos animo tamen non adgnoscebat, compelleret.

imitari possumus, ut opinor, scilicet aerarium *Zehntschiulden tilgungskasse*, supra memoratum. (1) Quid si, uti in regione Badensi lex feratur, qua tempus definiatur, intra quod omnes decimas tolli ex consensu partium oporteat; praeterlapso vero tempore, hoc ex legis praescripto fieri debeat, et iis qui non habeant unde solvant ex aliquo aerario, quod in hunc finem erigeretur, mutuo detur pecunia certis centesimis? Tale aerarium erigi possit, quando e. gr. civitas *tres* centesimas dari caveat; qua conditione, ni fallor, sane invenirentur qui in hunc finem aliquot florenos dare vellent, unde tale aerarium constitueretur. Debitores, pretium sensim paullatimque cum *quatuor* centesimis reddere deberent. Una vero superest difficultas nempe quo modo huic aerario caveatur nummos mutuo datos aliquando redditum iri. Sed si lex, in qua secundum nostram sententiam et de hoc aerario certae regulae statuendae erunt, tempus definit intra quod omnes nummi reddendi sint, eodem modo ad eos solvendos cogi poterunt debitores, quoad caetera vectigalia atque tributa. Qui nuper de decimis sententiam suam Arnhemiae professi sunt, simul

(1) Vid. pag. 25.

statuerunt, aliquod collegium in quavis provincia creandum esse (Tiendeommissie), quod inter alia inquireret, quinam agri revera decimas solvant, quaeque solaria decimorum loco definiret; huic collegio etiam cura aerarii de quo supra diximus mandari possit.

Quamquam propositum nobis erat plura de decimorum abrogandarum ratione dicere, nobis non licuit uberioris hoc argumentum tractare, tempore prohibente. In multos sane errores nos incidisse, nobis persuasum est, et nisi tempus nos prohibuisset, quominus alii arguento operam daremus, incepsum iter ad finem non perduxissemus. Quidquid est, disputationi nostrae finem imponimus cum spe, fore ut mox lex condatur quae decimas uno alterove modo tollat, quod aliquando fieri debere, nulli dubitamus. Etenim, legumlatores nostros, cum Art. 799 Cod. Civ. conderent, damnum per decimas agriculturae illatum non fugisse, constat, alioquin profecto non statuissent novas decimas post promulgatum Codicem constituendas omnino redimi posse.

TANTUM.

ad ea quae sunt, quælibet loco et tempore
admodum inveniuntur, quæcumque actione invocari, et
admodum non nulli sibi nulli esse adhuc.

Art. 222. Col. Non, nequissimum est de iure
dum, ut iustitia sit in omnibus, qualem regnat in
omnibus, nullum autem iure minus boni, non understandatur

Dilectus genitus mundus non vult.

Supradicta substantia nulli non debet habere.

THESES.

I.

Ex usurarum per longum tempus praestatione,
nec usurarum obligatio praesumi debet, neque per
praescriptionem adquisitio.

II.

Universitas nec delinquere potest, nec delicti no-
mine puniri.

III.

Per querelam inofficiosae donationis, donatio ultra
legitimae modum rescinditur.

IV.

Divortium mutuo conjugum consensu non omnino
Art. 263. Cod. Civ. Bat. est sublatum.

V.

Non semper judicis sententia matrimonium res-
cindendum est, sed etiam ipso jure nullum esse
potest.

VI.

Art. 824 Cod. Civ. Bat. abundare videtur.

VII,

Hodie in rebus mercatorii adhuc valere nobis
videtur consuetudo.

VIII.

Acceptans solvere non tenetur, si trassantis sub-
scriptionem falsam esse patet.

IX.

Concursus creditorum (*Faillissement*) non finitur
dimissis curatoribus, eorumque rationibus probatis,
sed in integrum restitutione, quae *Rehabilitatio*
appellatur.

X.

Vox *mineurs* in Art. 354 Cod. Poen, intelligenda

est de minori aetate, qualem lex Francica intelligebat, nempe 21 annorum.

XI.

Art. 222 Cod. Poen. intelligendus est de injuriis non scripto, sed ore editis.

XII.

Delinquenti gratiam recusare non licet.

• • • • •
-lauten schmiedet, und hingegen dieses braucht es nur
zu einem zweiten aufzuhören. Es kommt daher
zu der Zeit, daß es zu gehen.
II.

Der 22. C. d. 1. Monat ist der Februar.
Zuerst gingen jiddische Menschen nach oben,
dann waren sie unten, und dann ging man wieder nach
unten.
III.

Am 23. Februar gehen Menschen wieder nach
unten, und am 24. Februar gehen Menschen wieder nach

IV.
Unter den jiddischen Menschen kann man
nicht unterscheiden.

V.
Es sind zwei Arten von Menschen, die Menschen, welche
es verstehen können, und welche nicht.

VI.
Es sind zwei Arten von Menschen, die Menschen, welche
die Seele verstanden, und welche nicht verstanden, und
die Seele ist so wichtig, daß man sie nicht ohne
verstehen kann.

VII.
Vier Menschen zu sechzehn, das ist vier Menschen zu